



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

IV. Markgraf Albrecht schenkt dem Kloster U. L. Frauen in Magdeburg das Dorf Brithzin, einen Theil der Elbinsel, einen Hof in Magdeburg und das Dorf Mose, um das Jahr 1155.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

III. Erzbischof Wigmann von Magdeburg weihet die Marienkirche zu Leitzkau,
am 13. September 1155.

Wichmannus, D. G. Episcopus, tam presentibus quam futuris notum esse cupio, quod ego a confratre nostro Wigero, Venerabili Brandenb. episcopo, et a dilecto nostro Preposito Lamberto, invitatus et multum rogatus, ad consecrandam basilicam in Monte S. Mariae virginis Litzka, quam ego predictus Episcopus laeta celebritate, presentibus Marchione Alberto, cum uxore sua et filiis Ottone, Hermanno, Sigfrido, Henrico, Adelberto, Theodorico, et multis aliis Christi fidelibus, tam clericis, quam laicis, in honorem Dei Genetricis et virginis Mariae et S. Petri et S. Eleutheri, Episcopi et Martyris, quem tunc de Magdeburgk, in patronum adduci concessimus, et aliorum multorum Sanctorum consecravimus etc. Preterea duas decimas integras, excepta parte tertia, quae parochiano presbytero perfolvitur, in duabus villis, de bonis Marchionis Adalberti in Dorneburg, pertinentibus fratri nostro Wigero, Episcopo, pro eterna remuneratione datas etc. Actum A. MCLV. Indict. III. Epacta XXVII. concurrente V. Idus Septembr.

Buchholz I, 421. No. 19. Beckmann Anh. Geschichte I, 504.

Die Urkunde ist nur in diesen unvollständigen Mittheilungen bekannt.

IV. Markgraf Albrecht schenkt dem Kloster U. L. Frauen in Magdeburg das Dorf Brithzin,
einen Theil der Elbinsel, einen Hof in Magdeburg und das Dorf Mose, um das Jahr 1155.

In nomine Sancte et Individue trinitatis. Adelbertus, diuina fauente clementia Brandeburgensis marchio. Nouerit fidelium tam presentium quam futurorum vniuersitas, qualiter ego adelbertus, dei gratia Brandeburgensis marchio, cum dilecta michi coniuge Sophia tam pro salute nostra quam predecessorum et posterorum nostrorum largitione legitime possessionis nostre tam hereditarie quam adquisite prebendam canonicorum ecclesie beate Marie Magdaburg augmentare curauimus. Vnde et obtuli eidem ecclesie voluntario assensu filiorum meorum, heinrici canonicj Sancti Mauritij in Magdaburg, Ottonis Marchionis, hermanni, adelberti, Theoderici et Bernhardj, Comitum, Villam Brithzin cum omnibus iure ad eam pertinentibus, molendinis et aquarum decursibus, exitibus, redditibus ceterisque pertinentiis suis et vtilitatibus tam agrorum quam nemorum. Preterea insule eidem ville adiacentis inter duas albis refluxiones partem michi pertinentem, excepta media parte silue, per nos fratribus de Liezeche collata. Nichilominus pari modo obtuli villam Clutzowe cum omnibus appendiciis suis et vtilitatibus tam agrorum quam nemorum: Curiam quoque in Magdaburg predictae ecclesie contiguam: ad hec supradicta villam Mose cum omnibus terminis suis, quam ab ecclesia Beati Mauricij in beneficio habui, domino meo Conrado Archiepiscopo Magdeburgensi ecclesie beate marie tradendam resignavi et vt traderetur obtinui. Decimationem quoque eiusdem ville iusto concambio ab halberstadtensi ecclesia commutatam necnon et decimationem in volcmaresthorp equali modo per manus episcopi eidem Ecclesie obtuli et memorato archiepiscopo banno suo confirmante idoneo testimonio in perpetuum stabiliui. Statui etiam, vt post decessum meum, si quis filiorum posterorumue meorum maior natu exstiterit, Aduocatiam super omnia hec uice mea teneat neque ipsam cuiquam

in beneficio absque consensu prepositi et canonicorum eiusdem ecclesie concedat, Sed ecclesiam ipsam manutens fidus ei propugnator assistat. Hec omnia peracta sunt in Magdaburg Rege Conrado regnante, Friderico Archiepiscopo Magdeburgensi ecclesie presidente et eadem banno suo confirmante. Ut autem hec nostre donationis pagina perpetuo firma permaneat hanc Sigilli nostri impressione signauimus. Sunt autem testes huius rei episcopi Anselmus hauerbergensis, Wigerus Brandenburgensis, Gerardus maioris ecclesie prepositus, Hafzeko decanus, volcoldus vicedominus, wicoldus quoque prepositus fratres vero maioris ecclesie Adolohus, Godefridus, Theodericus et ceteri. Laici vero Burchardus vrbanus comes, Otto comes de hildesleue, Burchardus de valkenstein, wernherus de velt-hem, Efico de burnstide, Badericus de Badelincze, Rodulfus de Snetlinge, Liuderus de grabeue, Theodericus de Tangermunde, Adelgotus de hagen, Germarus de Gumere, Burchardus de gliue, Erpo de Snetlinge; Ministeriales quoque Hademarus prefectus cum filio suo Sifrido, Richardus, Aluiricus, Alexander de Alelleue, Alhel-mus de Burch, hermannus de plote, heindenricus de Grabowe, hartungus de Burch, Geuere de Otterfloue, Eglolfus de Snetlinge, Reinherus quoque et Alacharius.

Aus dem Churm. Lehnscopialbuche XXXI, 235. 236. — In das Copialbuch wurde die Urkunde bei Gelegenheit einer Bestätigung eingetragen, die Kurfürst Joachim I. „Cöln an der Spree am Sonntag Clementis pape Martyris 1511“ darüber ertheilte.

V. Markgraf Albrechts des Bären Versicherung für das Stift Leitzkau über die demselben verkauften und geschenkten Besitzungen zu Krüssow, Wolmersleben und Welsen, vom Jahre 1157.

Ego Adelbertus, divina annuente clementia Marchio Brandenburgensis, pacem ecclesiarum multum adoptans, et disturbance Deo militantium timens, sigilli mei impressione notifico, tam praesentibus, quam futuris, quatenus fratribus in Monte B. Mariae Lietzke, Deo ibidem serui-entibus, contradidi et banno ejusdem ecclesiae stabiliri feci, filiis meis assentientibus, villam unam Cruffowe, juxta Torneburg sitam, quam a me cum omni vtilitate sua, consentientibus, ut praedictum est, filiis meis, non quantum valuit, sed quantum ego accipere volui, praedicti fratres emerunt, et dimidiam partem quorundam honorum, quae sita sunt juxta Brezin inter Albiam, quae dicitur Nova, et Albiam, quae dicitur Vetus, curiam Kuene cum silvis et pratis et stagnis et quibuscunque aliis eorum honorum utilitatibus, partem scilicet, quae est versus orientem cum uno prato per signum terminato in alia parte, quae est versus occidentem, quae juxta divisionem cessit fratribus B. Mariae in Magdeburg, quia terram illam cum suis appendiciis praedicti fratres de Monte B. Mariae, simul cum fratribus B. Mariae de Magdeburg a me, nichilominus consentientibus filiis meis, emerunt, et in hunc modum, sicut praescriptum est, convenientibus ex utriusque parte fratribus, diuiserunt. Insuper et unum mansum situm Wolmersleve, quem uxor mea Sophia largitione mera, et annuentibus filiis in dedicatione ecclesiae in Monte B. Mariae Leetzekeenfi ad luminaria comparanda contulit et Otto, filius meus, qui dicitur junior Marchio alium mansum situm Welle, solventem octo solidos, me consentiente, quia alium haeredem tunc non habuit, simi-